Fragmentarium

conſurgenſ · ſtrauit aſinū ſuū · ducenſ ſecū duoſ iuueneſ ·
iſaac filiū ſuū · Cumq; concidiſſet ligna in holocauſtum
abiit ad locū quē preceperat ei dſ · Die autē tertio · ele
uatiſ oculiſ uidit locum procul · dixit q; ad pueroſ ſuoſ · Expe
tate hic cū aſino · ego & puer illuc uſq; properanteſ · poſtquā
adorauerimuſ reuertemur ad uoſ · Tulit quoq; ligna holocau
ſti · & impoſuit ſup iſaac filiū ſuū · Ipſe uero portabat in mani
buſ ſuiſ ignē & gladiū · Cumq; duo pgerent ſimul · dixit iſa
ac patri ſuo · Pater mi · At ille reſpondit · Quid uiſ fili · Ecce
inquit igniſ & ligna · ubi ē uictima holocauſti · Dixit q;
abraham · dſ prouidebit ſibi uictimā holocauſti fili mi ·
Pergebant ergo pariter · ueneruntq; ad locū quē oſtenderat
ei dſ · in quo ędificauit altare · & deſup ligna cōpoſuit ·
Cumq; colligaſſet iſaac filiū ſuū · poſuit eū in altari ſup
ſtruem lignoꝝ · Extenditq; manū · & arripuit gladiū · ut
immolaret filiū · Et ecce angls dni de cęlo clamauit dicens ·
Abrahā · abrahā · Qui reſpondit · Aſſum · Dixitq; ei · Ne ex
tendaſ manū tuā ſup puerū · neq; faciaſ illi quicquā · Nunc
cognoui qd timeaſ dm · & non pepceriſ filio tuo unigenito
propter me · Leuauit abrahā oculoſ ſuoſ · uiditq; arietē int
uepreſ herentē cornibuſ · quē aſſumenſ obtulit holocauſtū
p filio · Appellauitq; nomen loci illiuſ · dnſ uidet · Uſq;
hodie dicitur in monte dnſ uidebit · Uocauit autē angls
dni abrahā ſcdo de cęlo dicenſ · P memet ipſum iuraui dic
dnſ · quia feciſti rem hanc · & non pepercisti filio tuo uni
genito · benedicā tibi & multiplicabo ſemen tuū ſicut ſtel
laſ cęli · & uelut harenā quę eſt in littore mariſ · Poſſidebit
ſemen tuū portaſ inimicoꝝ ſuoꝝ · & benedicentur in ſemine
tuo omſ genteſ terrę · quia obędiſti uoci meę · Reuerſuſq;
eſt abraham ad pueroſ ſuoſ · abiertq; berſabee ſimul · &
habitauit ibi ·

[D]s qui in abrahę famuli tui opere humano generi obe
dientię exempla prebuiſti · concede nobiſ · ut nr̄e no

License: public_domain – Brussel/Bruxelles, Bibliotheek Koninklijke Conservatoria Brussel/Bibliothèque des Conservatoires royaux de Bruxelles, P-2-01800-(8), Fol. [1]r – Noted missal (https://fragmentarium.ms/view/page/F-p7mq/6690/56399)